Fragmentarium

pientia futura mala pellite. Vates eterni iudices ap[ostoli]
que domini supplicater exposcimus saluari uestris precibus. Marty
res dei incliti confessoresque lucidi uestris orationibus nos
ferte in celestibus. Chori sacrarum uirginum electorumque
omnium simul cum sanctis omnibus consortes Christi facite.
Gentem auferte perfidam credentium de finibus ut Christo
laudes debitas persoluamus alacriter. Gloria patri ingeni
to eiusque unigenito una cum sancto spiritu in sempiterna
secula amen.

De apostolis. Hymnus.

Exultet celum laudibus resultet terra gaudiis
apostolorum gloriam sacra canunt sollempnia. Vos
secli iusti iudices et uera mundi lumina uoti
precamur cordium audite preces supplicum. Qui celum uerbo
clauditis serasque eius soluitis nos a peccatis omnibus
soluite iussu quesumus. Quorum precepto subditur salus et lan
gor omnium sanate egros moribus nos reddentes uirtu
tibus. Ut cum iudex aduenerit Christus in fine seculi nos
sempiterni gaudii faciat esse compotes. Deo patri sit

Ad laudes

Eterna Christi munera et apostolorum
gloriam laudes canentes debitas letis canamus
mentibus. Ecclesiarum principes belli triumpha
les duces celestis aule milites et uera mundi lumina
Deuota sanctorum fides inuicta spes credentium perfecta Christi caritas
mundi triumphat principem. In his paterna gloria
in his uoluntas spiritus exultat in his filii celum repletur
gaudiis. Te nunc redemptor quesumus ut ipsorum consortio iun
gas precantes seruulos in sempiterna secula amen.

De uno martyre

Martyr dei qui unicum patris
sequendo filium uictis triumphans hostibus uictor

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
STANDAR
No. 9

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/31, fol. [1]v – Breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-2atr/6487/55664)